

vix, aut nunquam, ab hoc desiderio compesci possit. Propre-
rea, secundam datam sibi Deo sapientiam, saluberrimum ad-
venit consilium, dicens: quandoquidem persuaderi a nobis
non potest, non gloriam; sed, qui gloriam, in Domino glo-
riatur. S. Bernardus de triplici gloria. Apud Did. Nyfl. ser. 3. D.
5. Quadr. §. 4.

Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. 2. Cor. 1.
12. Oleum gloria est, fulget, nitet, in superficie. Sed bona de-
bet esse, & vera gloria; ut ibi sit intus in vasis tuis. Quid est in
vasis tuis? audi ipsum Apostolum: gloria nostra haec est. Sancti
Aug. in Pl. 190.

Mihi autem abste gloriam. Gal. 6. 14. Poterat dicere, in sa-
pientia D. N. J. C. & verum diceret: in majestate; & verum diceret
in potestate; & verum diceret: Sed dixit, in Cunctis. Ubi
Mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit:
non contentando vile involucrum, pervenit ad pretiosum invo-
lucrum. S. Aug. Frag. 27.

Non habeo, unde gloriam in operibus meis possim: non habeo,
unde me iactem: & ideo gloriam in Christo. Non gloriabor,
quia iustus sum; sed gloriabor, quia redemptus sum: gloriabor,
non quia vacuus peccato sum; sed quia mihi remissa sunt pecca-
ta. Non gloriabor, quia profuit mihi quicquam; sed quia pro
me Advocatus apud Patrem Christus est; sed quia pro me Chri-
sti sanguis effusus est. Facta est mihi culpa mea merces Redem-
ptionis, per quam mihi Christus adventit. S. Ambros. l. 1. de Ja-
cob. cap. 6.

Ideo virtutes mihi habenti magna virtus est, contemnere
gloriam, quia contemptus ejus in conspectu DEI est; iudicio
autem non aperitur humano. Sancti. August. de Civ. lib. 5.
cap. 19.

Agro, responde: si luctas exercitatorias disceres; ad quosnam
spectatores, aut quibus te in palestra ostenderes? olerans, an
piscis, vendentibus? an huius lactationis principi, ac magistro?
Et certe illi quidem multi sunt, hic vero unus. Quomodo igitur
turpe non est, in ceteris quidem artificibus, & certaminibus,
ad magistrum te dumtaxat respicere; hac vero in te contrarium
provisum facere? S. Chrysof. hom. 72. in Matth. 22.

Si nulla etiam proposita esset merces; vel hoc ipsum gloriae
soco fuerit: nimirum dignos haberi, qui DEUM glorifice-
rent. Quantum enim inter D E U M, & hominem, discrimen
esse putas? an quantum inter homines, & vermiculos? in-
digne neque sic quaequam dixi, etiam tantum discriminis po-
nent. Neque enim exprimi potest, quantum differat ab homi-
ne Deus. Num igitur velles, ut magnam, & illustrem, a
vermiculis gloriam haberes? nequaquam. Cur igitur tu, licet
gloriae amator, non cupias a vermiculis laudari; quomodo putas
suis opus habere praecoxis, qui & ab hoc affectu liber est, &
tisque adeo cunctos, praecellit? Verumtamen licet tuis laudibus
nihil opus habeat; per te tamen laudari, glorificarique, deside-
rat. Id. hom. 8. in ep. S. Pauli ad Rom. c. 4.

Gloria Christianorum DEI praeceptum est. Gloria Christia-
norum, Apostolorum, & Prophetarum; Doctrina est. Gloria
Christianorum humilitas animi est, spiritualis paupertas, atque
obediencia: Gloria Christianorum poenitentia cum lacrymis.
Gloria Christianorum, & salus est, semper mensa sua pauperes,
orphanos, advenaesque, suscipere. S. Ephrem. de Amore pau-
perum.

Virtutes comitantur gloria; inhæret vitis cognata confusio. S.
Petr. Chrysolomus. §. 1.

S. IX.

Gloriam Dei unice quære.

Domino, & Gedeoni. Judic. 7. 16. 20. Gedeonis milites in
Medianitas pugnaturi, lava lagenam, in qua lumen; dex-
tera buccinas tenebant. At ubi res prælium spectabat, buccinis
clangebant, & lagenas frangebant, atque una conclamabant:
Lumen, & Gedeoni. Non nobis Domine, non nobis; sed nomini
tuo da gloriam. Pl. 113. 1.

Afferre Domino filius arietum, afferre Domino gloriam, & hono-
rem. Pl. 28. 2. Ach aperit dicit: in virtutum vestrum hostiis non
vestram, sed Domini; gloriam quærite. In omnibus, quæ bene
agitis; ejus laudem, non vestram, desiderate. Ad hoc agite,
in eo studete, ut Deus glorificetur, ut Deus honoretur. Richar-
dus a S. Victore hic. Afferre gloriam per bona opera. Cum
opera nostra splendore claritatis irradiant hominum oculos, sit;
ut, perceptis operibus nostris, homines glorificent Patrem no-
strum, qui in cælis est. S. Basilii Magnus.

Fortitudinem meam ad te confidam. Psalm. 58. 16. Non ad
me; non ut mihi laudem nomen, gloriam pariam. Qui sic
valet, bene valere meretur. Georgius Stengelius Proterio
div. Judic.

Pater noster, qui es in caelis. Matth. 6. 9. In filiorum ordinem,
gradumque, provecti, illa continuo, quæ est in bonis filiis, pie-
tate flagrabimus; ut jam non pro nostris utilitatibus, sed pro no-
stri Patris gloria, totum impendamus affectum, dicentes ei: Sancti-
ficet nomen tuum: nostrum desiderium, nostrum gaudium glo-
riam nostri Patris esse teitantes. Joan. Cassianus Coll. 9. c. 18.

Saxiliter nomen tuum! ibi. Sicut primum præceptum Deca-
logi, est dilectio Dei super omnia; ita & in hoc Evangelii bre-
vitaro hæc sit prima petitio. Ita Tertull. lib. de orat. S. August. l.
2. de ferm. D. in monte, Rupertus &c.

Et confessus est. Joan. 1. 20. Ipse de se loquatur amicus
sponsi. Stat Joannes: nec enim arundo est agitata vento. Stat,
quia amicus est; verè amicus sponsi, qui procedentis de thalamo
suo non amulatur gloriam, sed parat viam, sed prædicat gra-
tiam. S. Bernardus l. 8. de verb. Itæ. Apud Euseb. t. 2. Perfice.
Chr. l. 1. sect. 1. obl. 7.

Qui habet sponam, sponsus est. Joan. 3. 29. Sponsa Christi est
gloria; quam sibi sibi retinet, & nulli servorum vult communi-
care. If. 42. 8. gloriam meam alteri non dabo. 1. Tim. 1. 17. Soli
DEO honor, & gloria. Omnia alia bona communicat nobis Deus;
gloriam verò sibi soli retinet. Hug. Card. hic.

Ego gloriam meam non quæro. Joan. 8. 50.
Ut manifestetur opera DEI in vobis. Joan. 9. 3. Poterat cœcus
dicere, quid Domine! ad hoc homines in ærannis ponis, ut glo-
ria tua manifestetur? Verum d. cœce, quam magna est DEI mis-
ericordia, & gratia, vermiculum terræ in instrumentum gloriae
sue assumere. Diez f. 4. D. 4. Quadr.

Et fructum plurimum offeratis. Joan. 15. 8. Quidam afferunt
fructum, sed non ferunt; qui de alienis bonis Deum laudant.
Quidam autem ferunt, & non afferunt; qui de bonis suis Deum
non laudant, sed propriam gloriam quarunt. Et sicut parvo,
qui omnia ova sua, & tectus suos, comedit, quando potest. Ita
faciunt; qui mercedem suam statim querunt de suis operibus. Hu-
go Card. hic.

Primus, & novissimus. Apoc. 21. 6. Vocatur Christus a prin-
cipium, & a. finis, rerum omnium: ut, quemadmodum omnia
de ejus munere procedunt, sic etiam ad ipsum referuntur laudem non can-
tur referenda. Ramirez hic ep. 2. ad Smyrnenf.

Est anima sentiens, ac Deum amans, proprium; gloriam
quidem Dei semper querere, in omnibus mandatis; quæ facit;
sua verò demissione delectari. S. Diadochus Ep. de perfect. Spir.
cap. 12.

DEO gloria, nobis pax:

Dicant semper, magnificetur Dominus, qui voluit pacem servare
ejus. Pl. 34. 27. q. d. non habebat pacem, nisi DEO reddant
gloriam. Sic enim fuit partitio Luc. 21. 14. gloria in altissimis Deo
&c. Qui enim partem Dei, quæ gloria est, invadit; suam partem,
quæ est pax, meritò perdit. Unde dicit S. Bernardus: gratan-
ter suscipio, quod relinquas, scilicet pacem; de quo Joan. 14.
27. pacem relinquo vobis; & relinquo, quod tenes, scilicet glo-
riam; de qua If. 42. 8. gloriam meam alteri non dabo. Hugo
Card. hic.

Non vobis, Domine, non vobis; sed nomini tuo da gloriam. Pl.
113. 1. Solus habes gloriam, qui solus pugnasti, solus in pati-
bulo triumphasti. Da nobis Dominum pacem; & suscit nobis.
Scimus, quod prudentissime distinguebatur, Gloria in altissimis DEO,
& in terra pax. Joan. Luc. 2. 14.

Gloria in altissimis Deo. Luc. 2. 14. Dispicit mortalibus
angelica illa partitio, quæ gloria Deo, pax hominibus, nun-
tiatur. Et dum gloriam usurpant, turbant pacem. Solus gloriæ
meretur, qui facit mirabilia; soli Deo honor, & gloria. O
stulti filii Adam! qui contententes pacem, & gloriam appet-
tentes; & pacem perdunt, & gloriam. S. Bernardus ep. 126.
Apud Sylveira addit in Luc. 2.

Pacem relinquo vobis. Joan. 14. 27. q. d. mihi servo gloriam vi-
ctoriæ. Sed vobis do fructum victoriæ pacem. Et ideo dicunt
angeli nato Domino. gloria in excelsis Deo, & in terra pax.
Hugo Card. in Gen. 39.

TITULUS IV.

GRATIA DEI.

Actualis, seu Præveniens.

S. I.

Symbola.

Ex Veteri.

Et tibi Deus de rore caeli. Gen. 27. 28. Ros cœli inculpatam
vitam signat, quæ cœlestibus Civibus placet, qui Deo
in supernis seryiunt inculpati. Ros cœli est invisibilis gra-
tia. Ros cœli est contemplatio supernorum. Ros est gra-
tia, quæ percipitur in Sacramentis: quia descendente manna
in deserto, descendit pariter & ros. Simon de Cassia. 15. c. 2.

Respiciam vos, & crederet faciam. Levit. 26. 9. Respiciam vos,
tamquam si fol respiciat segetem; & afferat fructus; quam utique
si non respexisset, infructuosam mansisset. Origenes hom. 16. in
Levit.

Spiritus Domini inquit Gedeon. Judic. 6. 34. Et dicitur Spiritus
Domini; id est, gratia Spiritus S. indumentum animæ, quia est
munimentum contra frigus timoris malè humilitatis; vel contra
calorem amoris malè accendentis. Hæ sunt enim duæ portæ in-
ferni, ex quibus omne malum. Hugo Card. hic.

Prævaluitque David adversum Philistæum. 1. Reg. 17. 50.
Vidisset inopinatas, mirabileque res; armatum ab inermi
dejectum; reique militaris peritum ab eo prostratum, qui, præ-
terpastoralem artem, nihil sciebat. Quomodo causam? quia hic
quidem habebat supernam gratiam, se adjutantem; ille autem ea
carens in huius manus venit. S. Chrysof. hom. 46. in Gen. Lapi-
des quinque, conjungere volens gratia posuit in vase pastoralis,
in quo lac neque confueverat. Significatur gratia lacte. His
armatus, gratia utique armatus; & ideo præsumens, non de
se, sed de Domino suo, procedit adversus Goliath superbum S.
Aug. in Pl. 143.

Sicut lux aurora. 2. Reg. 23. 4. Lux auroræ, gratia est poenit-
entia; quæ illuminat poenitentem, pellens ab eo tenebras pec-
catorum. Hugo Card. hic.

Mane primo confurgit. Job 24. 14. Est mane peccatoris illumi-
natio gratia, seu initium poenitentia. Of. 6. 1. in tribulatione sua
mane confurgens ad me. Hugo Card. in Job hic.

Mane affabo. Pl. 5. 5. Mane vite humane, & sic juvenus di-
citur mane. Item diei gratia in prima conversione hominis ad
Deum: quia tunc incipit habere lumen gratia. Repleti sumus ma-
ne misericordia tua. Pl. 89. 14. S. Thomas Aqu. hic.

Sicut oleum in ostibus ejus. Pl. 108. 18. Oleo pugiles, nē re-
tineantur, inunguntur. Sic pugiles DEI inunguntur ad gratia,
ut capiantur a diabolo. Ugo Carem. in Pl. 108.

Meliora sunt ubera tua vino. Cant. 1. 1. hoc est, pinguedo
gratia, quæ de tuis uberibus fluit, efficacior mihi est, ad spiri-
tualem profectum gratia, quam mordax increpatio prælatorum.
S. Bernardus f. 9. in Cant.

Caput meum plenum est rore. Cant. 5. 2. q. d. aperimini Sero:
quia caput meum, id est, Divinitas, plene est rore gratia, &
misericordia. Capio autem de plenitudine mea te ipsum etiam
reple; & rois te cumulare augmentis facitatis. Nam si-
cut ros decidens super herbas, facit eas virecere, & ferti-
liorem reddit agrum; sic ros divinae gratia &c. De Ponte hic
Exh. 8. §. 4.

Ece dies veniunt. Jer. 23. 5. Tempus gratia dicitur dies,
propter luminis apparitionem. Rom. 13. 12. nox præcessit, dies au-
tem appropinquavit. S. Thomas hic.

Ex Novo.

Vidimus enim stellam. Matth. 2. 2. Stella est gratia præveniens;
quæ ducit ad perfectionem, & consummationem. Hugo Card.
hic.

Vidit illum pater. Luc. 15. 20. Nisi cœlestis Pater redeuntis fi-
lii radiasset in vultu, & totum confusiois caliginem respectus sui
lumine suffulisset, nunquam Divini vultus vidisset iste filius cla-
ritatem. S. Chrysolomus f. 3.

Aqua quam ego dabo, fiet in eos aqua, salientis in vitam
æternam. Joan. 4. 14. Aquam gratiam Spiritus appellavit: quam
qui adeptus est, divina scientia securitatem fontem sic adeptus
est; ut possit facile ad potum verbi cœlestis etiam cœtere
ros hortari; & tales olim erant Prophetæ, atque Apostoli.
Sancti. Cyrillus lib. 2. cap. 82. Non dixit: fiet in eo flu-
vius: quoniam fluvius ex natura sua semper ad ima, &
inferiora labitur; & ad mare turbulenter pergit: gratia
tamén, & dona DEI, data sunt, velut fons sursum sa-
liens: nam dona DEI ad superiora invitantia, & perducen-
tia, supra naturæ usum sunt: aqua verò voluptatis ad ima
trahit, & in mare tormentorum demergit. Diez Desideria
sancta.

Gratia, lucens est radius, à throno DEI procedens; illumi-
nans cor, & divinæ voluntatis pandens arcana. DEUS verò ipse
est Sol, non temporaliter factus, sed æternus. S. Laurentius Just.
l. de Spir. anime reflu.

Gratia DEI est equus animæ. S. Vincentius Ferrer. f. 2. de pace.

S. II.

Gratia actualis necessitas.

Num. I.

Figura, & symbola.

Non est bonum, hominem esse solum. Gen. 2. 18. Nihil etiam
boni est in homine solo sine Deo. Quid infirmus homine?
& quid fortis homine? Homo sine Deo ipsa infirmitas; homo
cum Deo, & contemptor mortis, & victor; ac demonum de-
bellator; omnia potest in eo, qui confortat hominem. S. August.
in Plal. 45. infirmum fecit DEUS, ut fortem faceret de se.
Idem in Pl. 75. tandem est aliquid homo; quandiu hæret il-
li, à quo factus est homo: nam recedens ab illo nihil homo est.
Bernardus hic.

Vidit Dominum in vultu sua. Gen. 28. 13. Ut ostenderet, ne-
minem ad eum ire posse; nisi ille tenuerit viam ejus, scilicet
sustentaverit. Oleaster hic.

Anima mea sicut terra sine aqua erit. Pl. 142. 6. Quasi enim
terra sine aqua, est anima sine gratia. Sicut enim terra, quæ
imbre non perfunditur, non vestitur herbis, non veniuntur flo-
ribus, non abundat messe: Sic anima gratia carens, non operi-

tur virtutibus, non cogitat de cœlestibus, non insidit utilibus.
S. Gregorius hic.

Introduxit me Rex in cellaria sua. Cant. 1. 3. Cellaris frutor; sed
non meis viribus hic itrepsi. Oliva l. 1. Strom. §. Reddite que
sunt Cælaris.

Nolite me considerare, quod fulca sim: quia a coloravit me Sol.
Cant. 1. 5. S. Ambros. lib. de poster. apol. David c. 8. sic legit: no-
lite aspicere me, quia obfuscatam quia non est intuitus me Sol.
Ergo fulcamur, quando non videmur à Christo; sed, quoniam
videmur, albescimus. Si Petrum perfrutemur: quid hoc rei
Petre? qui factum, quod Magistrum tuum negasti? unde illas
tam foedas maculas contraxisti? postea respondere: non est
intuitus me Sol. Conversus Jesus respexit Petrum. Quando à
Christo videmur, albescimus Didacus Nyfl. de lacrymis Petri.

Venit dilectus in hortum suum. Cant. 5. 1. Propterea in hor-
tum suum vocatur sponsus ad suos fructus, edendos: ut salutari-
ter admoneat; omnia bona nostra ex ipsius gratia provenire; ni-
hilque boni Sponsæ inesse, quod non ab ipsius Sponsi largissi-
mo omnium bonorum fonte emanat. Philo Carpathius hic.

Manus illius tornatiles. Cant. 5. 4. Sponsa quidem Sponsi
manus multis laudat; at sponsus laudatus vices referens Cant. 4. 4.
Singula corporis membra dilaudat; de manibus omnino tacet.
Quia ad opus bonum nihil conferunt humane vires, quæ per ma-
nus adumbrantur. Pinna in Eccl. c. 1. v. 1.

Num. II.

Probatum.

Ex Veteri.

Misericordia tua subsequetur me. Psalm. 22. 6. Cum misericor-
dia Domini præcedat, misericordia ejus prævenit me. Pl. 58. 11.
hic dicit, subsequetur me. Subsequitur utique ad iustitiam; sed
præcedit ad gratiam conferendam. Nam, si solum sequeretur,
nemo donata perciperet; si tantum præcederet, nullus poterat
collata fervare. Unde nimis necessarium est; ut semper nos &
gratia Domini præcedat, & misericordia subsequatur. Cassiodo-
rus hic. Prævenit impium, ut fiat iustus; subsequitur iustum,
nè fiat impius. Prævenit cœcum, ut lumen, quod non
invenit donet; subsequitur videntem; ut lumen, quod con-
tulit, fervet. Prævenit elisum, ut surgat; subsequitur
elevatum, nè cadat. S. Fulgentius lib. 1. cap. 11. ad Mo-
nimum.

Apud Dominum gressus hominis dirigenitur. Pl. 36. 23. Pulchrè
viri gressus dirigi dicuntur à Domino: quia non volentes, neque
currentes. Rom. 9. 16. sed misericordie est DEI, sine ostensione
fervare vestigium. S. Ambrosius hic. Sicut puer tenellus firma-
re gressus non valet, nisi matris, aut nutricis, manibus suscia-
tur; sic, quibusvis homo viribus pollat, in via virtutis ruere
necesse est; nisi eum DEUS manibus gestat. Pinna in Eccl. 1.
vers. 1.

Erravi, sicut vitis, quæ perit: quare servum tuum. Pl. 118.
176. Dicendum videtur, erravi; ego quæram te. Melius tamen
ait, quære, id est, ego sanè errare possum: sed in viam me red-
dere, nisi tu traxeris, non valeo. Pinna ibi.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo. Pl. 123. 7. Sed
quaratione, qua vi laqueus discissus? aditus nostrum in no-
mine Domini. v. 8. DEUS ipse laqueos dissolvit; nam mihi ad
tantum facinus vires non suppetunt. S. Ambrosius hic: non dixit,
ego contrivi laqueum; non ausus est hoc dicere David; sed aditus
nostrum. Pinna ibi.

Voluntatem rimentium se facit. Pl. 144. 19. id est, ut expli-
cat S. Chrysolomus hic, operabitur effinget: Non modo pia
opera, nisi Deo ferente auxilium, non fiunt; sed nec bona vo-
luntas, qua bona opera homo facere dispondit, nisi Deo adjuvan-
te, habetur: nam velle, & operari, in nobis efficit Deus. Pin-
na ibi.

Trabe me; post te curremus. Cant. 1. 3. Cur ipsa ad eum non
venit? fatetur, quod ex se non possit venire; ideo ejus opem im-
plorat. Paoletti in festo Epiph.

Si locum estis dicentes: iniquitates nostras super nos sunt, & in
ipsis nos tabescimus; quomodo ergo vivere poterimus? Ezech. 33.
10. O homo! quicumque illum peccatorum multitudinem at-
tendis; cur & omnipotentiam cœlestis Medici non attendis? S.
Augustinus f. 18. de temp.

Ex Novo, & Patribus.

Magister, sequar te, quocumque ieris. Matth. 8. 19. Decipit,
non accedit: qui promittit Dominum incaute sequi. Sed omnia
posse, quis promittit? dixisset cautius, sequar te, quocumque
iustis. S. Chrysolomus f. 19. q. d. arrogavit sibi vires, quibus
Christum sequeretur: ideo immemor divinae gratia merito repul-
sam tulit. Nihil enim boni facere, vel mali cavere, poteris; nisi
Dei auxilio fretus. Pinna in Eccl. 1. v. 1.

Dicunt et possumus. Matth. 26. 22. Dicendo tam absolute possumus,
proprium fragilitatem non pensaverunt. Sicut nec Petrus di-
cendo: scum paratus sum in carcerem, & in mortem ire. Luc. 22.
33.

33. non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. 2. Cor. 3. 5. Si autem dixissent: possumus per gratiam tuam, tute dixissent; quomodo dixerit Paulus. Philipp. 4. 13. Omnia possum in eo, qui me confortat. Dionysius Carthus. hic.

Esti omnes scandalizati fuerint in te. Matth. 26. 33. Petrus, non addito adiutorio Dei, promiserat se pro Deo moriturum. Sed quid est homo sine gratia Dei, nisi quod fuit Petrus, cum neparet Christum? Et idco Petrus paululum Dominus subdeferuit: ut in illo totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratia praxalere. S. Augustin. l. 24. de temp.

Joannes est nomen ejus. Luc. 1. 63. Apertum est illius os. v. 64. O magnum nomen, quod patri vocem, populo Sacerdotem, uxori vitam, perulum loquelae restituit. Et magno factum est hoc praesagio futurorum: quoniam sola gratia linguas hominum facit in veritate difertas; sola gratia miracula operatur. Simon Cass. l. 3. c. 1.

Duc in altum. Luc. 5. 4. Graec. redue in profundum. Omnia sunt divino facta consilio, ut miraculi magnitudo magis innotesceret; & ut Petrus tota nocte laborans nihil caperet: ut intelligeret, frustra se sine Christo laborare; & omnia humana studia, sine divina gratia, irrita esse. Euseb. r. 1. mirac. Christ. sect. 5.

Erant appropinquantes obsecrator. Luc. 15. 1. Non potest peccator per se venire ad Dominum, nisi hic praveniat, quare, & vocet, illuminet ac trahat. Unde, si appropinquantes erant peccatores, ipse prius appropinquabat, & traherat eos. Dum ferum vides currere ad magnicent, non est vis in ferro ad appropinquandum, & se magneti conjungendum; sed in magnete est vis ad trahendum. Magnus mysticus est Christus. Marchantius D. 3. Pent.

Vidit illum pater ipsius, & misericordia motus. Luc. 15. 20. Pater priori filium vidit, prior occurrit: quia nisi Deus auxilio suo homines converteret, nihil boni efficere posset. Et Luc. 19. 5. Zachaeus prius à Christo visus est. Pinna in Eccl. 1. v. 1.

Expellantium aquam. Joan. 5. 3. Movet magni consilii Angelus aquam, scilicet gratia, cum corda hominum commovet, & invitat ad gratiam. Et quoddam invitorium erat ille motus, ut descendere in aquas. Movetur quidem gratia, cum ad se indigentes invitat. Non enim homines ante moventur ad illam, nisi prius gratia ad homines moventur: pravenit enim gratia omnem motum cordis ad illam, omnemque bonam corporis actionem. Hinc Salvator ait Joan. 15. 5. sine me nihil potestis facere. Simon Cass. lib. 6. c. 27.

Gratias ago Deo propter Jesum. Rom. 1. 8. Judicavit, propriis virtutibus quidem debitas gratias referre posse; nisi per Jesum, & eius auxilio. Paoletti in Felo Epiph.

Quod est meritum hominis ante gratiam? quo merito percipiat gratiam? cum omne bonum meritiu nostrum non in nobis faciat, nisi gratia. Et cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronet, quam merita sua? S. August. ep. 105.

Deus profectò millacens invenitur, nisi ipse nos excitet, ut queratur. S. Fulgentius l. 2. ad Monimum. c. 1.

Sicut corpus nihil potest sine vita sua (id est, sine anima) sic interior homo non potest sine gratia divina. Richard. à S. Victore de erudit. hom. l. 1. c. 3.

Ad hoc nobis ejus gratia subtrahitur toties; ut, quam per se nihil boni possit humana infirmitas, ex proprio defectu doceatur. Ad hoc iterum eadem, quae fuerat subtrahita, gratia restituitur; ut per ejus effectum, quid ex Deo numerare simus, experiamur: ut qui unam idemque modo possumus, modo non possumus, nisi quia gratiam adjuvantem modò habemus, modò non habemus. Idem de arca mysl. l. 3. c. 17.

§. III.

Gratie efficacia.

Ex Veteri, & Novo.

SOL contra Gabon ne movearis. Job. 10. 12. Non stetit sol ad vocem hominis; nec Josue audivit ejus rapidissimos equos frangere; nisi de Jesu nostri efficacia. S. Ambros. Plalm. 43. nec enim in sua confidentia dixit Jesu Nave, stet sol contra Gabon; sed quia praesentibus in Christo, quem ducem militie caelestis agnovit, & suppliciter adoravit; & idco gentes feras eradicare promeruit. Baeza t. 2. l. 6. c. 5. §. 7.

Adducuntur Regi virgines post eam. Pf. 44. 15. Adducuntur, ut Domini gratia declararet, qua nos ad se adducit, quando nos miseratus aspexerit. Cassiodorus hic.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Cant. 6. 2. Ut oviculae, vel alicui e cicuribus animanti, praemonstratum aliquid, cum propius allicet, ac movet; nec tamen cogit: ita menti humane divinae gratiae lumen infundit, voluntatem nostri animi, seu rationis, illiciti ac trahit; nec ulla vi cogit; sed sola charitate benignissime invitat. Philo Carpathus hic.

Exponit eum contra gentes. Il. 2. 2. Nota miraculum: flumina enim deorsum flunt; hic vero fluunt iursum in altissimum montem ascendendo. Hoc facti gratia Christi, qui sursum corda rapit. Cornelius hic.

Potens est Deus de lapidibus illis suscitare filios Abrahæ. Matth. 3. 9. Quia de gentibus, qui propter cordis sui duritiam, & idololatram, lapides vocantur, potest misericordia Dei facere homines sanctos, & spirituales; qui digni sint filii Abrahæ. Dionysius Carthus. hic.

Er surgens secutus est eum. Matth. 9. 9. Ad unam vocem rapitur Mattheus, dimissis thesauris; quem levitatis infimulabat ille, qui nescierit Jesum fuisse, qui vocabatur. Nam minimus ejus radius potens est omnium ad se rapere radios. Rapidissimus ipse Sol, ubi vel Jesu umbra tangitur, quam nunquam novet, in cursu moram fecit, nesciens Jesu non obtemperare. Baeza t. 2. lib. 6. c. 5. §. 7.

Va tibi Corozaim, & tibi Bethsaida! Matth. 11. 21. Dei gratia enituit; dum ex medio tanta pravitatis tres Apostolos praclarissimos eduxit. Sylveira in Joan. 1.

Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos. Luc. 2. Nota, quod Angelus juxta affuit; sed Dei claritas eos omnino penetravit, intrinsecus illustravit. Non Angelorum militia; non totius stellarum exercitus, valet; quod vel unius Jesu nascentis radius, ad expugnandas, & trahendas humanas voluntates. Baeza t. 2. l. 6. c. 5. §. 7.

Amen dicitur. Luc. 23. 43. Admiranda prorsus Spiritus Sancti gratia in corde hujus latronis agnoscitur. Apollolus Petrus negat; Discipuli in Emaus loquuntur dicent, nos autem sperabamus; hic autem confidenter loquitur dicens: memencimus te. Bellarminus de 7. V. D. lib. 1. cap. 4. Vide utriusque potentiam illius (Christi) effulgentem. Creaturam concessit, petras diffudit; animam latronis petra durior em, cera molliorem effecit. S. Chrysof. hom. in Crucem.

Lazare veni foras. Joan. 11. 43. Hæc vox filii Dei signat magnam gratiam illius, quæ vocat peccatores interius, per occultam inspirationem dicens illi: veni foras; id est, confitere peccata tua Sacerdoti. Haymo hom. in octava Pasch.

Domine, quid me vis facere? Act. 9. 6. Magnificè in hac una conversatione, & in Bernardi f. 1. in Conv. S. Pauli.

Habemus thesaurum istum in vasculis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. 2. Cor. 4. 7. Si tam multa mollis est thesaurus, cur imbecille vas? atqui vas istud eam ob causam fragile est; quod magnus sit thesaurus. Non enim thesaurus iste à vase conservatur; quin potius thesaurus conservat vas. S. Chrysof. hom. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Adamante solidiores DEI gratia nos efficit; & si volumus; omnino inexpugnabiles. Itaque sicut qui adamantem tundit, nihil adamanti nocet, sed seipsum fatigat, & robur suum immittit; in hunc modum res se habent nostræ cum salutis adversario; si armis, qui Spiritus S. gratia exhibet, continuo nos immittimus. S. Chrysof. hom. 4. in Gen.

Nihil obstat Divinae gratiae potest, quod minus id, quod voluerit, implere: dum etiam di scordie ad unitatem trahunt; & plagæ in remedia verantur: ut Ecclesia, unde meruit periculum, inde fumat augmentum. Sanct. Prosper de voc. Gent. l. 2. cap. 33.

Mirabilis triumphus gratia! omnino novum, ac pulcherrimum, genus victoriæ; hostem non perdere ad mortem sortitidine; sed convertere ad amorem pulchritudine. Guaricus f. 2. in Nat. B. V.

Plus potest gratia Dei in bono, quam peccatum Adæ in malo; quia peccatum procedit ex infirmitate voluntatis humane; gratia autem procedit ex immensitate Bonitatis divinæ. S. Thomas Aqu. in c. 5. ep. Rom. Lect. 5.

§. IV.

Gratia DEI prompta se omnibus communicare.

PERCUTIONES virgabis. Num. 20. 11. Gratia Christi promptissime exilit, ubi subiectum aptum invenit. Non magnis ictibus opus habes, ut à Christo fluente gratia proficiant. Solum expectant, ut quanta sint vasa, quibus recipi possint. Quod si aptum sit vas ad recipiendum; adeo prompta est gratiarum vena, ut vel levi tactu, vel oculorum jactu, pulsata, mox se profusissime effundant. Non bis peccati expectat ictibus virge Petra Christus; verum si vel ictu oculi tangatur, largissima mittit fluente gratiarum, ubi subiectum fuerit aptum. Baeza t. 2. lib. 10. cap. 7. §. 5.

Operi manuum tuarum porriges dexteram. Job. 14. 15. Sicut, cum nutrix videt puerum invalidum conari ad ambulandum, statim occurrit, ne cadat: ita Deus, cum aliquis nititur per liberum arbitrium manubus ad eum, statim Deus accurrit per gratiam. Hugo Card. in Luc. 15.

Præcursum ascendit in arborem. Luc. 19. 4. Non verbum fecit, non manibus pulsavit, sed nec oram vestimentis tergit: solum ab arbore oculatorum ictibus egit; & totum se effudit Jesu charitas. S. Laurentius Novar. hom. de penitentia. Domine, quid est hoc, quod dicis? Publicanus est Zachaeus, videre te solum cupit; num-

aliquid desola visione jam debet salvari? ascendit in arborem, ut videret; necdum ingenuit. Numquid confessus est maculam suam, aut flagitia explicavit? numquid flevit ante te? Et dicit illi: hodie in domo tua operet me manere? Vix adhuc vel videre te meruit, & jam angulos ejus visitas. Verum hoc officii tui est, & indulgentissime curæ. Cant. 4. 9. Vulnerasti cor meum in uno oculo tuorum. Moyses vulneravit bis siliem, ut fluente funderent: Fidelis anima vel unius oculi radio immisso vividum fontem vulnerat, & gratiarum fluente educit. Il. 60. 5. tunc videbis, & affuet. Baeza t. 2. l. 10. c. 7. §. 5.

Lux in tenebris luceat, & tenebra eam non comprehenderunt. Joan. 1. 9. Cur de presenti dicitur, quod lux luceat? Lux significat auxilia, & gratiam Dei; per tenebras vero intelligit peccatores suis peccatis obsecratos. Dum ergo est sermo de gratia, & auxiliis; loquitur in presenti luceat: quia Deus dona sua semper habet in presentia, & in conspectu; ut ea comminuet, & hominibus largiatur. At dum de peccato agit, in tempore praeterito profertur, & veluti post tergum Dei; ut sic quodammodo videatur dissimulare Deus, ac idco oblivisci, ne puniat: ut det locum poenitentiae, & misereatur, Sylveira hic q. 30.

Ex Patribus.

In amplitudine sinus sui Mater Charitas prodigos suscipit revertentes; & (velit, nolit, Novatus hereticus) omni tempore Dei gratia recipit poenitentes. Ipse Dominus noster, derelictorum personam gerens in Cruce, se querit derelictum; Et, ne desperaret etiam in ultimis constituti, festinans in adiutorium illis adit, & re in arcto posita non differt beneficium; sed repente indulgentiae celeris documentum ejusdem statuit, & exemplum, latroni inquam; hodie mecum vis in paradiso. S. Cyprianus de Coena Domini.

Quemadmodum fons neminem ab aqua sua arceat; ita gratia thesaurus nullum prohibet hominem, cur minis particeps illius reddatur. Modò igitur voluntas gratiae accipiendae adfuerit, illico totus thesaurus gratiae patebit. Haurite ex hoc fonte Charissimi caelestium donorum rivus, atque fluente, dum licet. Tempus enim venit, & hora, quando ex eo bibere, atque frui extingueret, planè nemini licebit. S. Ephrem de timore Domini.

Inlar matris ubera prebebit tibi; & velut infantem ab infidatoribus custodiet te. Tanquam parvulum incautum gubernabit te; & in virum perfectum te formabit. Amori ejus, atque indulgentiae, fidem adhibe: ea enim omnis Creaturae principium est. Idem de divina gratia.

Efficacissima est hominibus gratia Dei; & velut in eorum jurata obsequium: quibus hoc solum tribuit, ex quo boni sint; seu per quod boni esse possint. Quippe quidquid eis tribuit, qui virtus est, aut instrumentum ad virtutem. Hildebertus ep. 32.

Gratia gratis datur: etiam cum emitur, gratis emitur: quia, quod datur pro ea, melius retinetur. Sanct. Bernardus l. 2. in Refruct. D.

Anima, si elusit gratiam, pulsa ad jñmum; si pulsaverit, aperitur; si petierit, dabitur: Non se abscondit gratia, non latitando fugit, non in fossis se recondit. Præsto est, nè quærens fatigeris; occurrit, nè torreo afficitur; præoccupat, nè conscientie pudore vergit; excitat, nè pigritatis portat, nè labaris; gressus recit, nè exorbitet; pascit, nè in via deficiat; præ inopia agratus. Petrus Cellens. de pane lætantium cap. 14.

Non est Fili Dei gratia illius coarctata limitibus; communis omnibus volentibus est. Simon Cass. l. 5. c. 27.

§. V.

Gratie cooperare.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

NON enim pluerat Dominus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram. Gen. 2. 5. Duplicem affer causam, cur nondum terra esset ornata herbis, & arboribus. 1. Quia Deus non pluerat. 2. Quia homo non erat, qui terram excoleret. Terra est animus justus; virtutes plantæ: quæ ut pullulent, necesse est, & Deum superna irrigare gratia, & hominem gratia cooperari. Non ego solus, sed gratia DEI mecum. Pinna in Eccl. Ethol. 256.

Posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur. Gen. 2. 15. S. Thomas Aqu. hic quid oportebat custodire illum locum, cum nullus esset volentis invalor? Potest dici: quod licet Deus sufficienter custodiret locum illum, & tunc etiam custodiret; decens tamen fuit, quòd aliqua ejus custodia homini committeretur, quamvis tibi stare. Unde quilibet incommoda, quæ poterant vel ab avibus, vel ab aliis animalibus, vel etiam à demonibus, contingere; poterant per hominem removeri, & impediri.

Excitamus ei adiutorium simile sibi. Gen. 2. 18. & mox sub R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

dicitur: tuis unam de costis ejus. v. 21. S. Anastasius Sinaita l. 9. hexam. quæ dicitur adiutrix, eam fecit ex propria in ipso costa.

Cur Deus non aliter Noe, quam per arcam ab illo liberatam liberavit? Gen. 7. Resp. S. Thomas hic: Ut per hoc daretur aliquis locus meritis, & cooperationi ipsius: quia fabricando hanc Arcam probata est fides ejus; & per hoc cooperatus est restitutioni salvationis. Mendoza in 1. Reg. 4. Sect. 3.

Circumbaque populus, & colligens illud. Num. 11. 8. Manna non dabatur elui jam præparatum; sed frangendum mola, sive terendum in mortario, & coquendum in olla &c. Pagninus: manna ope, & industria humana præparatum ad vescendum, Manna caelestium donorum symbolum; quibus cooperandum. Sylveira in Joan. 2. q. 29. Manna non fluit intrâ, sed extra castra. Ex. 16. 13.

Sic, & sic locuta est puella de terra Israel. 4. Reg. 5. 4. Puella parvula Hebræa gratiam Dei excitantem repræsentat. De Ponte in Cant. 1. Eah. 6. §. 2.

Vade, & lavare sepulchrum in Jordane. Ib. v. 10. Cur non sanati solo verbo? ut doceat, etiam in rebus divina virtute peragentis industriam aliquam humanam adhibendam. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 10. Sect. 3.

Titulus Plal. 87. pro Mabelech ad respondendum. Græc. pro choro ad respondendum. Plalmus iste, qui de Christi passione agit, inquit David, volo servari choros; in quo dum canitur, mutuo, sibi respondeant in choro, id est, in Ecclesia Dei. S. Augustinus vult, Prophetam hic usum metaphorâ suâ præ à Cantoribus, qui sunt in choro; in quo facti oedi director psalmum, aut antiphonam, inchoat; ceteri vero proseguuntur, eò vocis tenore, quo cum ille exorsus est. S. Petrus dixit 1. 2. 21. Christus passus est pro nobis; ille mutuum Passionis inchoavit; sed addit. Ut sequamini vestigia eius. Et hoc est, respondere, inquit S. Augustinus; quia ille non cantare omnia solus debet; necesse est, ut Christianus ex se quoque aliquid faciat; ut illum imitetur, & patiar cum illo. Vult Christus, ut cantemus velut per choros pro choro ad respondendum: ut per choros patiamur: nec enim omnia ille solus ferre debet. Adjudicandam ex parte nostra aliquid est. Didacus Nyssenus f. 3. D. 4. Quadr. 6. 7.

Aperi mihi foras mea. Cant. 5. 2. Illa sensus inter amoris curas, & somni delicias paritæ; & dormiebat, & vigilabat: ego dormio, & cor meum vigilat. v. 2. Gilbertus ser. 4. in Cant. Quid est bone Jesu! quid rogas aperiri? Tu ipse habes clavem David; aperi, & nemo claudet. Apoc. 3. 7. Si ergo aperire potest sponsum, cur à sponfa cupit aperiri? Nisi sponfa aperiat, non intrabit sponsum. Addit Gilbertus: utraque necessaria est; & cognate sibi sunt; aperiio sponse, & aperiio sponse. Aperiio sponse apparatus ejus est; aperiio sponse apparatus ejus, & coaptatio ad tam dulces usus. Naxera tr. de B. V. §. 15.

Sponsato te mihi in justitia. Or. Of. 2. 19. Non est verum matrimonium, nisi mutuo conjugandorum consensu stabilitum. Dicit ergo: si vis, ò anima, gloriam sempiternam; non aliter eam obtinebis, quam sibi copulari conjuges solent. Dat tibi Christus manam; tu illi da. Concurrere, ambo debemus; ut ego quidem opem feram; tu vero operam tuam simul adhibeas; & ad meam gratiam tua industria accedat. S. Chrysof. hom. 58. in Gen.; sicut, nisi gratiam habeamus, nihil unquam possumus recte agere; ita nisi, quod nostrum est, attulerimus, non poterimus superum acquirere favorem. Demus igitur operam, ut & ex nostro studio, & Dei misericordia, virtutes nostræ quotidie crescant, multaque superna fruamur gratia.

Ex Novo.

Redde, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Matth. 22. 21. Si legi æquissime pareamus, salva sunt omnia. Nam in homine, qui est instar numismatis; & instat, quæ Domino debeantur; & subest, quod Cæsari, hoc est, tibi, imputet homo. Ex rudi massa recutus es in didrachma Ecclesiæ: debes sculpturam tuam Deo, debes eam & tibi. Utrumque si expendas; & mortem excutis, & languorem. Nolo tibi adscribas cœlesturam tuam. Sed nec puta, ita te eudendum in Dei nummum; ut, stertente te, sculptura tua, quasi ex Adamo Eva, elaboretur. Ad labores necesse est operanti Deo. Pf. 1. 3. miratur arborem fertilem; sed ait, eam juxta fluente gratia, quæ manat de vulnerato latere Domini. Oliva l. 11. Strom. hic.

Elevavit eam apprehensa manu. Marci 1. 31. Magna benignitas Salvatoris, qui manum porrigit, manumque fabricantis apprehendit. Conferuntur manus Dei, & hominis; Salvatoris, & salvandi; justis Dei, & hominis peccatoris. Id. l. 5. c. 9.

Et adducunt ei sursum. Marci 7. 32. Adduci sibi vult eum Christus: quia vult cooperationem nostram. Considera, quando, quod à nobis est, offerimus; largiter divinam operationem consequimur: nam ne desides, & supini, sumus; vult etiam aliquid nos conferre: quo sic sua delectet, & non totum sit superni auxilii;

xili; sed oportet etiam nos aliquid simul afferre, Neque a nobis herum exigit totum, sciens infirmitatis nostrae excellentiam, & suam servans misericordiam. Et volens occasionem aliquam offerre, ut suam delectat liberalitatem; expectat, ut offeramus, quae a nobis sunt. S. Chrysostr. hom. 53. in Gen.

Adjuvans ei coelum. Marci 8.22. Coeli omnes fumus; hoc ducere pariter indigemus. Praestat ipse suam manum; porrigamus & nostram. Et opera nostra infirma suis altissimis operibus conjugamus; neminem nisi solum ipsam sequentes. Simon Cass. l. 5. cap. 26.

Singulis manus imponens curabat eos. Luc. 4.80. Manuum autem impositio significat cooperationem liberi arbitrii; quae requiritur in nostra sanatione. Unde Augustinus: qui creavit te sine te; non iustificat te sine te. 1. Cor. 3. 9. Del sumus adiutores. Hugo Card. hic.

Descendit procella ventis flagrum. Luc. 8. 23. Navigantibus Discipulis, id est, Fidelibus quibusque. Sculi fluctus calcantibus, & ad portum aeternae beatitudinis tendentibus, ventus est flatus Spiritus Sancti; gratia ejus pro velo, liberum arbitrium pro remo. Hugo Card. hic.

Implete hydras aqua. Joan. 2.7. Cur non ipse Christus Dominus aquam infudit? S. Ambros. l. 6. in Luc. in nuptiis ex fontibus vina, ministris operantibus, colorantur; & ipsi, qui impleverant hydras aquis, vinum, quod non delectant, hauriebant. Ut nobis divina dona communicentur, cooperatio nostra est adhibenda. Sylveira hic q. 29.

Da mihi bibere. Jo. 4. 7. q. d. cito convertere, & me potabis. Tu sis ad culpam; & ego sitio ad gratiam. Tu sitis tuam damnationem; ego tuam salvationem. Hugo Cardin. hic.

Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos. Joan. 6. 9. Si tantum miraculum paraturus. Jesus erat in illo epulo; cur, qui duodecim copinos superesse voluit, panes petiit? & non magis dapes e nihilo iussit emergere? Quare, qui panes multiplicat, non creat panes? Negligitur puer cum anona sua: & quando mirabilis mensa paratida est, sine panibus panes progeminat, Docet nos Christus; dum pascat, gratiae suae cooperatores nos esse debere. Liberalis tecum vult esse Deus; sed tu cum illo debes esse indultius. Multiplicabit quidem; sed si quid exhibueris ex eo, quod accepisti. Audi Paulum Eph. 5. 14. Surge, qui dormis, & exurge, a mortuis; & illuminabit te Christus: illuminabit; sed non jacentem. Aquam e faxo educet; sed nisi virga petram Percusseris, vel trueris, undam non elicit. 2. Cor. 9. 10. Multiplicabit semen vestrum: auget, sed semen; multiplicat, sed panes. Ol. t. 2. Strom. §. Est puer unus hic.

Vade lavari in natatoria Siloe. Joan. 9. 7. Cur coecus ad natatoria mittitur, cum possit illum Christus mox sine hoc adjutorio sanare? ut cooperetur gratia; & aliquid de suo adderet. Baeza t. 2. l. 10. c. 3. §. 8.

Afferre de piscibus. Jo. 21. 10. Exquiritur communicatio atque unio debita operum capitulis, & membrorum: ut ex alteris altera virtutis perfectionem accipiant. Venite, prandete. ibidem vers. 13. Vocat ad esum Jesus suos Discipulos: ut cum ipso in sua beatitudine per suam misericordiam, & per meritum Passionis, data nostra operatione qualita aeternaliter perficiamus. Simon Cass. l. 14. hic.

Cannabacum illo, & ille manum. Apoc. 3. 20. Jacobus Januensis. l. 1. de S. Magd. id est, ego ponam partem meam, & ipse ponet partem suam. Coena, ad quam Christus invitat, est gloria caelestis.

Ecce stans ad ostium, & pulsus. Apocal. 3. 20. Ostium mentis voluntas est, seu consensus ejus; quod & bono, & malo, a libertate arbitrii, per assensum, & dissentium, aperiri, & claudi potest. Ex quo patet, quod liberum arbitrium portarius est ad apertendam hanc januam voluntatis. S. Bernardinus t. 3. l. de amore inter Deum & hom.

Vidi sanctam Civitatem novam Jerusalem descendentem. Apoc. 21. 2. Semel in Scriptura legitur; caelum in singulari favoris testimonium, ad Joannem descendisse. Sed quo descendit? super mentem magnum. vi. 10. Cur non in plantem, ut Joanni jam laboribus fracto, & seniculo, nonnulli parceretur? Mystrum subest: non datur coelum ignavis, Deus gloriam tuam dare statuit in procerum, & mercedem; ut & nos aliquid, & quidem de nostro conferamus. S. Chrysostr. hom. 60. ad pop. neque nos super nos vult esse Deus; propterea non ipse totum operatur: nec vult esse super nos; & ideo totum nobis non cessit. Dei est vocare, nostrum respondere. Segneri l. 31. die Merc.

Spica. Item vult, solumque Gratia divina requirit operationem humanam. Picinelli.

Motiva. Ex Veteri.

Dominus Deus, qui duxor est vester, pro nobis ipse pugnavit. Deut. 1.30. S. August. q. 1. in Deut. Deus in locutus; non ut se infirmum judicaret; sed ut ostenderet, esse adiutorem; ut etiam homines agant aliquid.

Ab omni via mala prohibuit pedes meos; ut custodiam verbum tua. Psal. 118. 101. His videtur adversari, quod Ps. 114. 8. dicitur: quia eripuit animam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. S. Ambros. octon. 13. hic; eruit Dominus pedes a lapsu; si cognoverit, quod tu prohibeas pedes tuos a lapsu. Ideo hoc meruit David, ut Deos a lapsu pedes ejus erueret? quoniam pedes suos ipse prohibuit; Didacus Nyss. Pol. Coel. p. 2. l. 6. c. 2.

Converte nos Domine ad te, & convertemur. Thren. 5. 21. Quibus verbis primum pietatis implorat gratiam, tum reprobatur arbitrium; ut effectus capiat salutis. Alioquin, nisi per gratiam, nullus est, qui convertatur avertis: quia nostrum est, quod cecidimus; Dei autem, quod resurgimus. Ut sit secundum Apostolum: non volentis, neque currentis. Rom. 9. 16. Neque enim sufficit, ut convertat nos Deus; nisi nos ad eum per gratiam, nostra convertatur voluntate. S. Paschasius hic.

Ex Novo.

Venite post me; & faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. 19. Non dixit faciam vos esse, sed fieri piscatores hominum; inmensum, quod debet homo laborare ad hoc, quod sciat praedicare. Hugo Card. hic.

Quod de predicatione dicit Hugo, traducere possumus ad saluationem.

Sanctificetur nomen tuum. Matth. 6. 9. Vide, quam caute locutus est. Non dixit: Pater sanctifica nomen tuum in nobis; adveniat regnum tuum super nos fac voluntatem tuam in nobis. Nec iterum dixit: sanctificemus nomen tuum; suscipiamus regnum tuum; faciamus voluntatem tuam: ne hanc aut Dei tantum, aut hominis tantum, esse viderentur; sed medicum dixit, & imperatoralem. Nam sicut homo non potest facere bonum, nisi habeat adjutorium Dei; sic nec Deus operatur bonum in homine: nisi voluerit homo. Didacus Nyss. D. 2. Pasch.

Viri Ninivitarum surgent in Judicio cum generatione ista. Matth. 12. 41. Frequens est Dei gratia; rarus per humanam voluntatem usus gratiae. Ergo Ninive repente fit ex re arbitria, Judexque Palaestina; & suis lacrymis obruit Jerosolymam. Nihil imputanda est durities nostra; qui, si occasione uteremur, felicitas nostra, esse mus procul dubio non algere in limo, sed palmetis in Carmelo &c. Oliva l. 4. D. 1. Quad.

Adjinva me. Matth. 15. 25. Prudens femina non se a labore eximit; solum petit auxilium, cui ipsa, si fas sit, cooperetur, quasi & ipsa, quod est in se, factura. S. Alcinus lib. de castit. auxilium conatus amari; quae namque vacentem adjuvet, aut somno virtutem jungat inertem. Baeza t. 2. l. 6. c. 7.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi. Luc. 1. 38. Cur Deus voluit hoc mysterium fieri interveniente consensu Virginis? Noliur Deus carnem sumere ex B. Virgine sine ejus consensu, sicut Eva formata est ex coila Adam, ipso dormiente. Ut significetur: quod aliter se Deus habet in creatione, aliter in restoratione, & salute nostra: nam in creatione utitur potentia sua independentem a nostra voluntate; at in salute nostra non vult ita effici; nisi cooperantibus nobis, & consentientibus. Sylveira hic.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Jo. 1. 12. Cur non dixit, fecit nos filios Dei fieri? ut ostenderet, multa nobis opus esse diligentia, ut adoptionis nobis, per Baptisma impressam, imaginem puram servemus, atque intactam. S. Chrysostr. hom. 9. in Joan.

Castus corpus meum. 1. Cor. 9. 27. Ecce beatus Apostolus jam Christi habitaculum, jam vas electionis, effectus intelligit sibi non sufficere, solum gratiam; nisi gratiae adjungat sollicitudinem vigilantiam, & laboris industriam. Euseb. Emiff. hom. 1. de initio Quad.

Gratia eius in me vacua non fuit. 1. Cor. 15. 10. Multos haberet Ecclesia Paulos, si a multis, plenitudo gratiae non profleret. Verum quo copiosus in nos infuit divina liberalitas, eo sterilior est cordis nostri senticosus ager. Oliva l. 9. Strom. §. Gratia ejus in me vacua non fuit.

Induite vos sicut electi Dei. Coloss. 3. 12. Non ait, venite ad me; & ego vos induam: vestrum est, ornare vos; nisi vos induatis ipsi, ego vos frustra induerem. Ideo sponfus ait Cant. 8. 6. pone me, ut servaculum. Si ita cupis sigillum tuum in corde sponfae, illud in ea imprime. Falleris; nisi se eo ipsa consignet, frustra eam ego signarem. Oliva l. 4. Strom. §. Domine, quid me vis facere?

Noli negligere gratiam, qua data est tibi. 1. Tim. 4. 14.

Ex Patribus, & aliis.

Quia manifestissimè, & Prophetica, & Evangelica, & Apostolica doctrina, nec superbos nos vult esse; nec delictos cooperatores nos esse oportet gratia Dei, ut illam excitantem, juvantem, locupletantem, & quotidie provehentem, vigilantem, & sobrietate, subsiquamur: nunquam cessantes ab actione gratiarum: quia inter secunda vitae hujus, & adversa, si proficimus, inde alimur; si stamus, inde subsistimus; si recidimus, inde

Testimonia.

Ex Novo, & Patribus.

Parata sunt omnia. Luc. 14. 17. Omnia saluti nostrae, atque refecioni animae, necessaria in regno Ecclesiae sunt parata. De quo Paulus 1. Cor. 1. 4. 5. 7. gratias ago Deo meo, quod in omnibus vestris factis estis: ita ut nihil vobis desit. Sed parans omnia divina Bonitas, ad illa invenit homines imparatos. Sed nescio, quae major perveritas, quam ad preparationes divinas se reddere imparatum. Hinc invitari se excusare ceperant; plus intendentes preparationibus, & directionibus propriis, quam divinis. Deneganda, & nihil pendenda sunt omnia, ubi adest preparatio aeternorum, & divinorum magnalium. Simon Cass. l. 6. c. 19.

Loquor vobis, & non creditis. Jo. 10. 25. Quod beneficia non satis magna a Deo recipimus; id exigua nostra capacitas, aut mala dispositio, non Dei liberalitas remittit, facit. Judaei quod Spiritum non cognoverant, id non sine caritati, non erroribus, sed Christo adscribebant, dicentes: idcirco in notitiam illius se non venire, quod se illis non aperiret. S. Augustinus in Ps. 7. noluit culpae suae tribuere culpam suam. Didacus Nyss. l. 4. Dom. 5. Quad.

Juvenes vestri visiones videbant; seniores vestri somnia somnabant. Act. 2. 19. Senibus, utpote aetate seisis, in somnum propensis, tribuit somnia; at vero juvenibus excitatis, & vigilibus, visiones. Sapientia Dei accommodat se genio uniuscujusque. Sylv. hic.

Justificati gratis. Rom. 3. 24. Vox gratis in hac justificatione non excludit dispositiones spei, timoris, doloris de peccatis, propositi boni, praevias ad justificationem, quas alibi requirit Scriptura. Sed merita sola excludit. Sic dives dicitur pauperem gratis adoptare in heredem; licet ab eo requiratur bonos mores, doctrinam; que non sunt merita, sed dispositio. Cornelius hic.

Sitienti dabo de fonte aqua viva. Apoc. 21. 6. & Joan. 7. 37. Si quis sitis, veniat ad me. Sitientes tantum Dominus vocat. Unde inferitur, magnam ad recipienda Dei dona, dispositionem esse, ea ardenter desiderare. Diez D. in Alb.

Non, qui beneficiorum terrestrium mos est, in capiendo manere celestis mensura ulla, vel modus, est. Profluens largitur spiritus nullis finibus premitur; nec coercentibus claustris intra certa metarum spatia frenatur. Manet jugiter, exuberat affluenter: nostrum tantum sinit pectus, & pateat. Quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiae inundantis haurimus. S. Cyprianus ep. 21.

Quando videt gratia spiritus fervens desiderium, & vigilem mentem, tunc & gratiam suam opulentam libe ralius largitur. S. Chrysostr. t. 6. hom. 3. in Gen.

In veritate didici; nihil aequè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam; quam si omni tempore coram Deo inveniaris non altum sapere, sed timere. S. Bernardus l. 54. in Cant.

Sitis est appetitus (teste Aristotele) frigidus, & humidus. Quid est ergo sitire, nisi gratiam appetere; per quam concupiscentia infrigidatur, & lacrymarum abundantia provocatur. S. Bonavent. l. 10.

Divina gratia tribus hominum generibus maxime datur: scilicet obedientibus, divina sapientibus, & proximo compatiens. Idem l. 16. de S. Steph.

Tanto aliquis magis spiritualibus donis repletur, quanto magis a carnalibus separatur. S. Thom. Aqu. Opul. 9. t. 2. c. 37. Sicut in naturalibus formae infunduntur secundum dispositionem materiae; ita Deus gratuita dona largitur. Id. in Pl. 1. Omnes indigent misericordia Christi: non tamen omnes preparant se ad illam suscipiendam; oportet enim miseris se ad misericordiam preparare: Simon Cass. l. 5. c. 13.

TITULUS V. GRATIA HABITUALIS.

S. I.

Symbola.

Dei tibi Deus de rore calis. Gen. 27. 28. Est rationali creaturae ros caeli non aliud, quam gratia Spiritus Sancti, quae peccata remittit. Rup. l. 7. c. 17. in Gen.

Lumen vultus tui. Pl. 4. 7. idest, ratio. Vultus Dei dicitur ratio; & lumen hujus vultus est gratia. Quia, sicut mota est informis, donec imago Regis ei imprimatur; ita ratio deformis est, donec per gratiam Dei illustretur. Ratio enim est imago Creationis: sed gratia Dei est imago reationis. Hugo Card. hic.

Musca morientes, idest, peccatores, perierunt suavitatem ugnentis. Eccl. 10. 1. idest, divinae gratiae, quo inungitur anima ad sanitatem, ad dignitatem, ad speciositatem, ad fragrantiam, ad suavitatem. Idem hic.

Pulebra ut luna. Cant. 6. 9. Ut quid dicitur anima pulchra, non ut sol sed ut luna? nisi virtutes, pulchritudinem gratiae non tantum

inde reparatur. S. Ambros. ep. 84. Virgini Demetriadi post medium.

Neque in rebus bonis conatus humanus, sublata ope divina, perfecte urquam, quod vult, poterit adipisci; neque iten vicissim divinum praesidium ad nos, nullo nostro studio, venire putandum est; sed ad perfectum virtutis cumulum conjuncta esse simul utraque haec oportet, & humanum studium, & auxilium caeleste, fidei opera ascitum, & comparatum. S. Basilus M. constit. Monast. c. 16.

Liberalis est DEUS, & pronus ad beneficentiam; expectat tamen cujuslibet propriam voluntatem. S. Cyrillus Jerof. Catech. in praefat.

Omnes nobis causamur deesse gratiam; sed justius forsitan ipsa sibi queratur gratia, deesse nonnullis. S. Bernardus de triplici cultu.

Tolle liberum arbitrium, non erit, quod salvetur; tolle gratiam, non erit unde salvetur. Id. tr. de grat. & libero arbitrio. sub initium.

Ad perficiendam curationem oportet non solum Medicum, suum praestare officium; sed & aegrotantum suum exequi: etenim aegri est, una cum medico, morbo reluctari. Hypocratis axioma.

S. VI.

Gratia Dei requirit nostram dispositionem.

Symbola.

Mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Ruth 3. 15. cum ingenuam Ruth ex arca sua dimitteret; ne vacua abiret. Cur tam parvus Booz? Abulenti q. 32. voluit ei dare, quantum posset portare: & quia poterat portare sex modios, putavit Booz, quod forte non posset portare plus. Incapacitas nostra facit, ut Deus pauciora, & minor, quam vellet nobis impertiat. Didacus Nyss. l. 4. D. 5. Quad.

Pete vasa vacua non pauca. 4. Reg. 4. 5. Significatur, cor vacuandum esse a cupiditatibus terrenis, ut Deus illud oleo gratiae lux impleat. S. Aug. l. 206. de temp. docet, viro Apostolico quaerenda esse vasa vacua, idest, homines instructione indigentes, in quos oleum doctrinae infundat. Cornelius hic. In vasa vacua a filiis sibi allata oleum a Deo miraculose multiplicatum infudit; quod & vasis deficientibus ficit. Si vis, ut divinam suam gratiam Deus animo tuo infundat; ipsum a Mundi amore vacuum illi offer. Quod si cesset divina consolatio; ideo fit, quod cesses dare vas vacuum. Mihi crede, si tibi Deus non largitur gratias, quas magnis suis dohavit amicis; id non fieri, quod modo non fit liberalis, sicut tunc; sed quia tu voluntatem tuam non disponis, sicut illi suam disponebant. Stella p. 1. c. 1.

Si teregero tantum vestimentum ejus. Matth. 9. 21. Alce contemplit oportet, quod virtus diffusiva divina nunc singulariter pronuncietur emissa; nisi quia, cum semper diffunditur, non tamen semper operatur: velut solaris lux obice objecto, non semper in objecta retulget; non defectu irradiantis luminis, sed intersecti obicis. Sic & virtus divina semper ageret supernaturales effectus, si se objecta suis infirmitatibus coaptarent. Proinde Salvator asserit, exisse de se virtutem: quia invenit, ut si absque Sathana suum operaretur effectum. Sim. Cass. l. 5. c. 19.

Quod autem est bonam terram. Luc. 7. 15. Ista bonitas terrae nihil aliud est, quam bona preparatio nostri cordis. S. Bonav. l. 1. Dom. Sexag.

Implete hydras. Joan. 2. 7. In nuptiis Canae tantum hauserunt vini, quantum infuderat aquae: Quod si minus aquae infudissent, minus etiam vini hauserunt. De Ponte in Cant. 2. Exh. 35. §. 2. Vellent omnium Salvator Dominus, ut omnis anima caperet, quantum posset; & in tantum repletur virtutum moribus, & beneficii gratia, quod amplius impleri non posset. Nam anima hic vivens non agnoscit, quantum dilatari potuit in captione gratiae, sive virtutum; aut quantum hic potuit a vitis depurari. Videbit autem, exempta cum a corpore fuerit, & teralibus sedibus sita aequè dolebit de humiudis negligentia, ut de praena. In mansuibus vero recepta supernis sine dolore cognoscet, unde dolendum esset, nisi beata foret: & perspicue intuebitur, ad quas celsitudines, fuisset a suo Redemptore sublata; si, dum in hac tenebrosa vita degebat, dilatasset seipsum, ad capefendas gratias, & virtutes, quantum ex eis desuper Salvator volebat infundere: qui nunquam cessaret, nisi anima fastidiret. Longe latior esse posset nostrae mentis capacitas, quam credimus; sed ipsam in angustum sinum colligimus, cum ipsam intendimus replere caudis; & in illa intendimus, ad quae creata non fuit. Simon Cass. l. 5. c. 1.

Suadeo tibi emere aurum ignitum. Apoc. 3. 18. Verbo emendi hortatur, ut multa faciat, & ex sua parte adhibeat, ut aptus fit ad dona divina. Albertus M. hic: Suadeo tibi, idest, ad tuam utilitatem emere. Hoc dicit contra illos, qui pro nihilo vel non habere aurum ignitum; idest, regna caelorum. Sylveira hic.

R. P. Spanner Poly. Tom. I.

tum à te non esse, sed à Deo; quòd humilitatem commen-

dat. Sed etiam, quàm diu in hoc exilio degis, inesse tibi mutabilitèr, & amissibilitèr. Qui hodie es pulcher, cras poteris esse sordidus: & qui modo es lucidus; postea forsitan fiet tenebrosus. De Ponte hic Exhort. 5. §. 5.

Computrescit jugum à facie olei. Il. 10. 27. Jugum à facie olei computrescit: quia dum Spiritus S. gratia unguimur, à captivitate nostræ servitute liberamur. Dumque maligni Spiritus dominatio superba repellitur, jugum conteritur, quo libertatis nostræ colla premebatur. S. Greg. Mor. l. 10. cap. 11. Vendit universa, quæ habet. Matth. 13. 44. Cur ad emendum agrum, non aliqua, sed universa sua vendit homo? Theaurus fides, gratia, Deique amicitia; ob cujus æstimationem homo cætera spernit. Sylveira hic.

Inveni drachmam. Luc. 15. 9. Gemma pretiosior in toto orbe fingi non potest; gratia divina. Hæc quondam à genere humano perditæ, à quo in casum, nec sine lacrymis, quasi frustra fuit. Sed tandem mulieri obigit eam inveniendi felicitas: invenisti gratiam. Ludolphus p. 1. c. 3. gratiam, quam Eva perdidit, MARIA invenit. Segneri fer. 40. in festo B. V. Annunt. Drachma hæc Dei gratia est: ea sola tam sollicitè investigatur; cæterarum præ hæc ratio nulla habemus. S. Greg. Nyss. lib. de virgin. c. 12.

Vinum non habent. Joan. 2. 3. Vinum deficit: quia collatæ gratiæ beatitudine privata est miserabilis natura hominis. S. Rupertus lib. 2. hic.

Sic enim volo manere. Joan. 21. 22. Dicit Christus de quolibet, quod de Joanne: Sic enim volo manere; scilicet in bona vita, donec veniam. Qui existit in gratia, dicitur Joannes. S. Vincent. Ferr. D. infra Oct. Epiph. Dabo illi stellam matutinam. Apoc. 2. 28. Stella matutina est gratia sanctificans: eam qua advenit Spiritus Sanctus. Richardus à S. Victore.

Peccatum est arbor mortis: gratia est arbor vite. S. Bonavent. l. 2. hexam.

§. II. Gratia præstantia.

Ex Veteri. Sic enim Deus. Gen. 3. 5. Nota: diabolum inter omnes creaturas primò DEUM nominasse; sicut hic habes; & in Evangelio Marci 1. 24. primò vocavit JESUM Nazarenum. Cur permittit Deus, ut tam perverfa creatura abominabili ore suo prima divinum illum nomen proderet. Respondet Lippom. id factum, quæ non habent eam comitem, qua reddimur amici Dei: Quid refert multa de Deo loqui, si ejus gratia excidisti, de quo tanta loqueris. Didacus Nyss. f. 6. D. 5. Quadr. S. 8.

Homines autem Sodomis pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Gen. 13. 10. 13. Universa regio, irrigabatur sicut paradisi Domini. q. d. parum illis proderat ubertas patris soli, & bonorum temporalium incredibilis affluentia; quibus maxima opulenta deerat, scilicet gratia Dei. Omnia bona, & mala, ad unum gratia bonum, & culpæ malum, revocantur. Didac. Nyss. Vit. Abrah. l. 2. c. 6.

Non est Deus meum. Deut. 31. 17. Deus in omni re est: sed non cum omni re. Esse quidem Deum in re, est, esse ipsum per essentiam, per potentiam, præsentiam in re. Esse verò cum re, est, esse in re per gratiam. Hugo Card. hic.

Tenuerunt, nec amiserunt. Cant. 3. 4. Mater nostra est gratia Spiritus, quæ spiritaliter nos generat; cujus domus est humana mens, in qua eadem gratia suscipitur. Rich. à S. Vict. in appendice in Cant. cap. 6.

Qui edunt me, adhuc esuriunt; & qui bibunt me, adhuc sitiunt. Eccl. 24. 29. Et Joan. 4. 13. dicitur: Omnis qui bibit ex aqua hac, non sitiet iterum. Quomodo hæc conveniunt? Albertus M. Carthus. Bonav., Lyranus, respondent: triplex est desiderium. 1. Rei non habite, ut habeatur. 2. Rei habite, ut conservetur. 3. Rei habite, ut augeatur. Dum ergo dicit Ecclesiasticus: qui bibunt me, adhuc sitiunt; est secundo, & tertio modo: quia justus maximè desiderat conservare Dei gratiam, & in charitate erga Deum crescere. Christus D. autem loquitur de primo desiderio, & siti: nam qui semel accipit in se Spiritum Sanctum, non habet necessè illum iterum recipiendi: nisi per peccatum expellatur. Sylveira in Joan. 4. q. 21.

Regnum tuum transiit à te. Dan. 4. 28. Regnum ab unoquoque liber transit, quando gratiam sibi divinitus collatam amittit; per quam desideris, & passionibus, suis dominari consuevit. Richardus à S. Vict. de end. hom. l. 2. c. 38.

Ex Novo.

Namquid potest in ventrem matris sue iteratò introire? Joan. 3. 4. Non in ventrem matris suæ, sed in fontem gratiæ Dei, potest homo introire, & denuò nasci. Alias autem, & verè, in ventrem matris suæ rursus ingreditur; quando in sinum hujus gratiæ vera fide reducitur. Mater enim nostra gratia est. S. Rupertus lib. hic.

Habet vitam æternam. Joan. 5. 24. Scilicet vitam æternam. Dicit habet: quia inchoatè in vita præsentè habetur vita æterna. Gratia enim, seu charitas, vivere in æternum, inchoat in anima. Cajetanus hic.

Propheta. Joan. 11. 51. Non est in gratis numerandum, quod non habet adjunctam gratiam Dei. Caiphas fuit propheta redemptionis humanæ. Sed quid illi gratia defuit hæc propheta ad salutem profuit? Didacus Nyss. f. 6. D. 5. Quadr. §. 8.

Manere in me. Joan. 15. 4. Quid est? nisi manete in gratia mea. V. Beda hic.

Ex Patribus, & aliis.

Mellius est mihi non esse, quàm sine JESU esse: melius est, non vivere; quàm vivere sine vita. S. August. Medit. c. 39.

Ut Ghennam timere non debemus propter ignem illum inextinguibilem, & penas terribiles, & perpetuos cruciatus; sed quia offendimus tam bonum Dominum, & ab illius gratia sumus alieni: ita & ad regnum nobis festinandum, non nisi propter amorem in illum, ut ejus gratia fruamur. Nam ut regno defederabilis est, misericordem Dominum nostrum benevolentem esse nobis; ita gehenna gravius, ab illius benevolentia excidere. S. Chryl. hom. 25. in Gen.

Maxima securitas, & inextinguibilis murus est gratia DEI. Idem hom. 46. in Gen.

In eo, quod participamus per gratiam, quod ipse Deus habet per naturam; merito nuncupamur dii. S. Laurentius Just. l. de cont. Mundi c. 10.

Magnam gratiam homines apud Deum habent, si medietatem eorum, qua pro gratia Mundi expendunt; pro gratia DEI expendunt. S. Thomas Aquin. opusc. 38. c. 11.

Gratia est primùm inter dona Dei: quia per eam justificatur impius Rom. 3. 24. justificati gratis per gratiam ipsius. Pax autem est ultimum, quod in beatitudine perficitur. Psalm. 47. 14. qui posuit fines tuos pax. Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requiescat in plenitudine omnis boni. S. Thomas Aq. in ep. ad Rom. Lect. 4.

Summum bonum in vita dixit Epicurus, voluptatem corporis; Stoicus timorem mortis; Peripateticus virtutem mentis; quod secus est à veritate. Summum enim bonum in vita, est gratia Dei per Jesum Christum. Blefen. f. 30. in festo S. Augusti.

Non est corrigiam calcamenti perdere, gratiam Dei amittere. Thomas Kemp. ferm. S. de aurea corona in cap. S. Agnet.

Nullus potest dulcius gratia Dei. Idem conc. 19. Gratia est nodus Dei, & hominis; est dulcis amplexus divini spiritus, & humani. Nierembergius l. 4. de arte volunt. cap. 68. Vide apud eundem plura de præstantia gratiæ divinæ, de ador. in Spir. l. 1. cap. 12.

§. III.

Gratia Dei parit angelicam, & humanam.

Invenitque Joseph gratiam coram Domino suo. Gen. 39. 4. Nichil tam difficile, quàm potentibus placere, & non displicere Deo. Illa tamen Dei remuneratio esse solet; ut, quos ipse amat, hominibus etiam gratos reddat; quod inter prodigia maximum. Alvarez Joseph Illustr. 88.

Perentiam Ægyptiam in cunctis mirabilibus meis. Ex. 3. 20. addit v. 11. daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis. Pro miraculorum suorum coronide hoc addit. Ut verò & Deo placeas & hominibus, duo servanda. I. Ut nunquam, pro æstimatione hominum obtinenda, contra conscientiam, rationisque, normas, aliquod opereris. II. Ut non semper efficias, quod, etiam salva conscientia, efficere poteris. Possunt enim multa sine crimine agi: quæ tamen ex circumstantiis injucunda sunt, & non opportune venient. Idem ibid.

Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat; & placebat tam Domino quàm hominibus. 1. Reg. 2. 26. Mirus ordo, quòd DEO prius, tum hominibus, placerit. Mirum scdus, quòd simul, & Deo placerit, & hominibus. Nec rusticam probò sanctitatem, quæ hominibus amarefecit; & urbanitatem improbo, quæ, ut hominibus blandiatur, Deum negligit. Oliva l. 10. Strom. hic.

Tobias quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, delitit illi Deus gratiam in conspectu Salmanassar regis. Tob. 1. 13. dilectus Deo, & hominibus. Eccl. 45. 1.

Daniel in Persia succedentibus diversis quatuor regibus felicissimè servavit, à singulari honore maximo affectus. Drexelius in Tobia c. 3. §. 1.

Proficiebat - gratia apud Deum, & homines. Luc. 2. 52. Prius apud Deum, deinde apud homines. Docet, qui optatum ex suis operibus fructum capit, ei per hæc ante omnia querendam gratiam Dei, gratiamque hominum tum ultro obventuram. Didacus Nyss. D. 1. Epiph.

Habentes gratiam ad omnem plebem. Act. 2. 43. Gratia magna erat in omnibus illis. Act. 4. 33. Si quisquam servus sit; apud Deum potius, quàm apud herum suum, gratiam invenire nitatur.

Tantus, si mulier, posthabito viro, Salvatoris nostri gratiam querat; si dux exercitus supernam potius, quàm regis, aut principis, sibi benevolentiam efflagiet: hoc pacto hominum sibi quoque amorem conciliabit. S. Chril. in ep. 1. Cor. 1. hom. 1.

Horologium solare. Lem. Aspic, & aspiciat. q. d. Si tu, o Sol, me aspicias, aspiciat ab omnibus. Sic, si Deus nos aspiciat, aspiciatur, & honoratur ab hominibus. Oculis Dei respexit illum in bono. Eccl. 11. 13. Cornelius in Eccl. hic.

§. IV.

Gratiam divinam solet excludere humana!

Studit altius Esau Gen. 27. se confirmare in adepta gratia patris; blandiens maxime per ea obsequia, quibus bonus senex caperetur. Sed Deus eum repulit; quia in hominum gratia spem ponens, de bona vita, & justis operibus, sollicitus non erat. S. Chryl. hom. 9. in Matth. vitia voluntatis vitæcerunt privilegia nature. Et quia pravis moribus erat, nihil ex his omnibus adjutus est. Sed & iustis nature ordinem prior, & de voluntate patris securior; quia displicebat Deo, omnia, quæ jam tenere videbatur, amittit. Oliva t. 3. conc. 16.

Recordatus quoque Dominus Rachelis. Gen. 30. 22. Humanis displicens oculis jus quòdvis acquiri placendi divinis. Jacobi oculos in adolescentia sua insecrat Rachel; imò omnium animos irrevocaverat forma: & tamen in memoriam Dei tunc non dicitur venire. Tunc ejus recordatur, cum primùm adolescentiæ flore abeunte, & forma, & Læ forori in contemptum est, & forsitan omnibus in oblivione, Mortalibus oculis non fidat, qui divinos sibi propitios cupit. Alvarez, Joseph. Illustr. 2. morali.

Venite, & sub umbra mea requiescite. Judic. 9. 11. Contra rationem sibi cupiunt umbram, & inveniunt dignissimè flammam Naxera hic in Judic. 23. §. 26.

Memento, quia venisti ex terra mea: nec aspicias me visus hominis. Job 7. 7. 8. Dum sui merorem Deum cupit, ait, non aspicias me visus hominis. Invenire videtur; non bene convenire divinam gratiam cum humana. Alvarez. Illustr. 2. mor.

Si tu es Christus, salvum fac teipsum, & nos. Luc. 23. 39. Godfridus Card. de S. Latrone: in passione nostri Salvatoris latro ille, qui in sinistris positus fuerat; & adulabatur Judæis, & conviciabatur Christo. Sed neque Dei gratiam invenit, neque hominum, quibus assentabatur. Secus alteri latroni cvent. Didacus Nyss. D. 1. Epiph.

Nobis non licet intorquere quemquam. Joan. 18. 31. Sed planè suo frustrati consilio; & Cæsaris amicitiam, & Romanorum gratiam perdididerunt. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 9.

§. V.

De gratia humana.

Accidit, ne præparet duo Eunuchi. Gen. 40. 1. Judæi dicunt; peccatum pinceret in eo fuisse, quòd multa inventa fuerit in poculo Pharaonis: piloris verò, quòd pilus in pane. Oleaster: hoc communitèr servis principum evenire solet; ut propter facilem causam in carcerem detundantur; & una hora perdant, quod tota vita meruerunt. Varia, & injusta res est principis animus; ut qui pro minima hominem evchæ, & pro nihilo deprimat. Alvarez Illustr. 122.

Anima Jonathæ conglutinata est anima David. 1. Reg. 18. 1. S. Gregorius Thaumatur. orati in Orig: conglutinata est non anima David animæ Jonathæ; sed contra: nec enim pars potior, cum sibi per seipsam sufficit, deteriori se agglutinari cuperet. Equidem tunc David à Saule peritus, summè indigebat auxilio, simulque videbat Jonatham sibi affectum. An ideo adhæsit filio principis, illiusque pedibus se alligavit? absit. David Deo nitens, sic principis utebatur favore; quasi illius minime indigeret. Bæza t. 2. l. 6. c. 6. §. 2.

Invenit gratiam apud Absolonem Achitophel; hæc illi suspendium attulit. 2. Reg. 17. 23.

Impulit Abra sua ascoperam vini, & vas olei. Judith. 10. 5. Sic desert cibosuos; ut non indiget quidquam de principum mensis sumere. Addit præterea: Deum solo eriam nunc apud te. c. 11. 14. q. d. non principis gratia, non favor, à Deo meo me alienabunt. Bæza ib.

Invenit Aman gratiam apud regem Assuerum. Hæc illi gratia crucem peperit. Esth. 3. c. 7. 10.

Præparavit Dominus piscem grandem, ut deglueret Jonam. Jon. 2. 1. Ad quid manus Dei præparavit piscem? ut pro morte præberet habitaculum: ut qui in mari iratum senserat Deum, in morte propitium sentiret. E contra hoc proprium gratiæ, & favoris humani, quòd nocent, dum favent. Sic de pulcherrima Tyrnavi Ezechiel 27. 26. lamentatur: venens auster contrivit te in corda maris. Non servus aquilo; sed lenis; & suavis, auster contrivit tantam navim. Bæza l. 6. c. 7. §. 30.

Regabat illum quida de Pharisæis, ut manducaret cum illo. Luc. 7. 36. Non illos unquam rogabat de potentioribus, ut se invitarent; adest mensis principum; sed enixe rogatus: quasi ipse R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

nihil eorum egeat; sed suam operam illis egentibus præstiturus; Indigne libertus Christi principum favoribus intrat. Bæza l. 6. cap. 6. §. 2.

Hæc cum dixisset, insufflavit. Joan. 20. 22. O quam potentes sunt Dei flatus! pauperes piscatores Dominus uno flamine, gratiæ, & benedictionis vasa effudit; nec qualia vicinarius in officina statu sua fragilia. Flatus etiam regum, & principum Mundi, potentes sunt; sed non ut gratiæ, imò iniquitatis, & superbiæ, vasa confringant. Hinc videbis eos, qui à magnatibus venturæ, & amantur, tam inflatos; ut eos vix orbis capiat. Diez D. in Alb.

Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur. Judæ. v. 12. Nubes fit ex vapore, à terra, caloris virtute, excitato: quæ ita in aere extenditur, ut cælum contegat, & vix aliud præter eam videatur. Sed nunquam in eodem loco permanet; & hæc, illuc, à ventis circumferuntur; & tandem paulatim consumitur. En Symbolum humanarum dignitatum. Videre enim est aliquos, & terzæ pulvere, humani favoris vi ad tantam dignitatem evectos, ut cætera omnia occultent, & obfuscarent; sed nunquam in eodem statu quiescunt: jam invidia, odio, inimicitias, & aliis molestiis, agitati inquieti vagantur; & tandem ad terram, ex qua excitati sunt, miseri revertuntur. Diez Conc. 3. de Incarnat. Dom.

Amicus Mundi est amicus proditoris; & ejus oculum est fraudulentum. Quemcumque osculatus fuerit. Matth. 26. 48. Sic facit Mundus illi, quem amare se simulat; sicut fecit Joab Amiaæ, quem quasi osculus occidit. 2. Reg. 20. 10. S. Thomas Aqu. opusc. 38. cap. 11.

O scilicet nequam! quod solus tuos sic folles beare amicos; ut Dei facias inimicos! &c. S. Bernardus ep. 107.

TITULUS VI. GRATITUDO.

Erga Deum.

§. I.

Symbola.

Formavit Dominus Deus hominem de limo terra. Genes. 2. 7. Quomodo Deus volens eum constituere principem terræ, illi non format corpus ex sublimi aere; quo se vestiant Angeli, cum descendunt à cælo? cur non ex puro auro, educto ex fodinis? aut ex lucidissimo marmore; aut ex ipsa firmamenti stellati luminosa materia? Delectus materia tam impari dignitati hominis à Deo constitutus est, ut in hominem infunderet accuratissimum studium grati animi? Ater jucundus; sed sterilis: lucet aurum; sed fructuum non est; gemmæ fulgent; sed expolient nihil producant: cælum, & stellæ nullum fructum reddunt. Una terra pauca grana sperægenti, plures spicas restituit; pro unica glauca vilissima procreæ quæcumque robustissimam. S. Ambros. de obitu fratris: id, quod acceperit agri, velut crescentibus usibus, multiplicatum, cumulatunquæ, restituit. Oliva t. 3. conc. 5. Cur non potius de aere, vel aqua; sed de terra? ut ex principio gratitudinem suam disceret homo: terra acceptum semen in genere suo iterum reddit. Sylv. in Matth. 3. q. 37.

Reversa est ad eum in arcam. Gen. 8. 9. Sicut rediit columba ad Noe diluvio cessante, olivæ virentis ramum ore præferens; sic redit columbinus, gratulique homo ad Christum; peccatorum inundatione cessante, gratiarum laudes grato ore profert. Non rediit convorsingratus. Gen. 8. 7. Barradius D. 14. Pentec. t. 3. l. 1. c. 7.

Unum agnum manè, & alterum vesperè. Ex. 29. 39. Agni duo jussu Legis macantur quotidie, manè, & sub vesperum: uterque cum gratiarum actione; alter pro diurnis, alter pro nocturnis beneficiis; quæ indefinenter Deus largitur humano generi. Pinna in Eccl. Ethol. 230.

Omnia flumina intrant in mare. Eccl. 1. 7. Omnes etiam Fideles, flumina sunt; & hæc flumina ad locum, unde exeunt, revertuntur: quoniam per sancta desideria ad amorem sui Conditoris redeunt, & de omnibus bonis laudes, & gratias, illi referunt, à quo ea percipiunt. Salomonius in Eccl. Ignis. Lem. Pro esca splendorem. Picinelli.

§. II.

Exempla.

Unquam proficiat de Oriente. Gen. 11. 2. Quæres: ubi habitaverit Noe post diluvium? Resp. vixit dies reliquos sorte in humilissimo tugurio prope arcam extracto in monte Armeniæ. Ante oculos habebat arcam, divinæ misericordiæ mirabile prodigium: unde, ex nova beneficiorum Dei memoria, in ejus amore indies magis effervecebat. Utile est contentis fides loca, in quibus insignè Deo beneficium præstitum. Fernandus in Gen. hic. Sect. 2.

Concede mihi servo tuo, ut tollam omni diurnum burdunum de terra. 4. Reg. 5. 17. Naaman dum per Elifæum lepra mundatus est, po-